



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1846

CXXXVI. Markgraf Ludwig dotirt den Marienaltar in der Marienkirche zu
Gardelegen, am 15. Juni 1345.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

CXXXIV. Markgraf Ludwig verpflichtet die Juden in Gardelegen, ihm das seinen Vorgängern gezahlte Jahrgeld zu entrichten, im J. 1344.

Nouerint etc. Quod nos etc. Singulis et vniuersis indeis, ciuitatis nostre gardeleuen in habitatoribus, presentibus et futuris, talem contulimus et presentibus conferimus gratiam specialem, ut eam quam Illustribus principibus antiquis marchionibus brandenb. predecessoribus nostris bone memorie dederunt annuam pensionem nobis nostris heredibus et successoribus dare debeant annis succedentibus in futurum etc.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. CXLIII. — Ludwig, Reliq. Mspt. VII. 119.

CXXXV. Markgraf Ludwig verleiht den Gardelegener Bürgern Walter Niendorf u. Barthold von Berghe Gericht und Patronat im Dorfe Estede zu gesammter Hand, am 15. Jan. 1345.

Nouerint etc. Quod nos etc. Contulimus etc. Discretis viris walthero nyendorph et suis fratribus, Bertoldo de Berghe suisque fratribus ciuibus ciuitatis gardeleue, fidelibus nostris dilectis, manu coniuncta ipsorumque veris etc. In villa Estede supremum iudicium et infimum in campis et metis ville cum iure patronatus ville eiusdem, que hactenus a magnifico principe Ottone duce brunswicensi nomine pignoris tenuerunt, a nobis in antea iusto pheodi titulo perpetuis temporibus sine inquietatione qualibet quiete et pacifice possidenda. Pro qua quidem collatione nobis per prenotatos in XX marcis argenti brandenb. integraliter est satisfactum. In cuius etc. testes Buch, Swyker, Aluesleuen, Ger. Wolf cum ceteris. Dat. Stendal anno M. CCC. XLV. Sabbato post octauas Epyphanie domini.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. CLXXV. — Ludwig, Reliq. Mspt. VII. 132.

CXXXVI. Markgraf Ludwig dotirt den Marienaltar in der Marienkirche zu Gardelegen, am 15. Juni 1345.

Nouerint etc. Quod nos etc. Ob honorem et reuerentiam omnipotentis dei, gloriose virginis marie et omnium sanctorum nec non ob iugem et perhennem animarum illustrium principum marchionum brandenburgenſium predecesorum nostrorum bone recordationis, nostri, heredum et successorum nostrorum memoriam appropriauimus et appropriare decreuimus per presentes VIII frustra reddituum annuorum sita in villis subnotatis, videlicet III choros filiginis in Estede sitos supra curiam hermani de stockin et III choros filiginis in ketzik supra curias kopponis de holthufen et sui confinis seu vicini, nec non in villa Lindsted duos choros minus tribus modiis, quorum medietas est triticum et alia pars filigo, qui vulgariter dicuntur wuzt, ad altare beate virginis marie virginis et sancte crucis, fundatum, locatum et dedicatum in ecclesia dicte virginis Marie ciuitatis nostre Gardeleben, perpetuis temporibus pacifice et quiete sine inquietatione qualibet pertinendos. Renunciantes renunciacione sollempni omni iuri etc. Transferentes quoque ius patronatus siue ius presentandi dicti altaris in discretum

virum Betkynum Spelhouel in suos heredes atque fratrem dictum Heinricum, sic quod ipsi vacationis tempore quando et quotienscunque necessarium fuerit, sacerdotem vel personam ydoneam, que in eodem anno quo sibi permiffum fuerit ad ipsum debebunt siue poterunt presentare, quibus etiam super cambio siue permutatione duorum chororum siliginis sitorum in Efted pro duobus talentis videlicet vno sito in censu perticarum quod vulgariter dicitur wortzins et alio in duobus macellis carniū ibidem cum plebano predictæ ciuitatis nostre, si de ipsius plebani libero fuerit arbitrio, presentibus damus plenariam et omnimodam facultatem. In cuius etc. Testes Buch, fweyker, helb, wolf et Loterbeck. Datum Spandowe anno XLV in die beati viti.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg, No. CLXXXV. Fehlerhaft und mit Auslassungen abgedruckt bei Ludwig Reliq. Mspt. VII. 138. Statt census perticarum (i. e. arearum mensuratarum) quod vulgariter dicitur wortzins lasé Hr. v. Ludwig census porcorum, quod vulgariter dicitur worczins.

CXXXVII. Markgraf Ludwig vereignet einem in der Marienkirche zu gründenden Altare zu Gardelegen 6 Wispel Roggenpacht aus dem Dorfe Efted, am 16. Juni 1345.

Nouerint etc. Quod nos Ludowicus etc. Diuine remunerationis intuitu auementique cultus diuini, cui magis et magis deinceps insistere nitimur, necnon ob iugem animarum illustrium principum marchionum brandenburgensium predecesorum nostrorum bone recordationis nostri heredum et successorum nostrorum memoriam, appropriauimus — sex choros siliginis annui pactus in villa estede, quorum duo sunt siti, in curia heynonis dicti Wegener, duo in curia henningi moring et duo chori in Curia heynonis reden, ad altare beatorum apostolorum symonis et Jude, de nouo locandum, fundandum et dedicandum in ecclesia gloriose virginis marie, ciuitatis nostre gardeleben, pacifice et quiete, perpetuis temporibus, sine impedimento quolibet, pertinendos. Renunciantes etiam renunciatione sollempni simpliciter omni iuri actioni et impetitioni, que nobis heredibus ac successoribus nostris in dictis VI choris competunt seu aequaliter competere poterunt in futurum, Transferentes Jus patronatus siue jus presentandi altaris predicti in discretos viros bartoldum, ehardum et heysonem fratres de hogen ac in ipsorum heredes legitimos, sic quod ipsi personam ydoneam et valentem ad idem altare siue vacationis tempore quotienscunque necessarium fuerit, poterunt presentare. In cuius etc. Testes swartzburg, Buch, fwyker, magister coquine, ger. Wolf et Loterpek. Actum Tangermünd, datum vero spandow anno XLV in crastino beatorum viti et modesti.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg No. CLXXXVIII, Ludwig, Reliq. Mspt. VII. 141.

CXXXVIII. Verbrüderung der Städte Gardelegen, Stendal, Altstadt Salzwedel, Seehausen, Osterburg und Werben zum Schutze der öffentlichen Sicherheit, vom 10. August 1353.

In den name godes. Wi Ratman, Gulden vnd meynen Borghere der stede in der alden marke, Gardelegen, Stendal, Soltwedel die alde stad, Sehusen, osterborch vnd werben Bekenne vnd tughen in dissem Briue, dat wi eyndrechtichliken vnd mit guden willen gelouet vnd ghe-